

Kreis
Paderborn

S. 155

1243 (vor Juni 19). Schloß Waldeck.

[46

Graf Adolf von Waldeck verzichtet auf den Zehnten zu Dinkelsburg zugunsten des Klosters Hardehausen.

Reverendo domino ac venerabili Paderbornensis ecclesiae B(ernhardo) episcopo. A(dolfus) de Waldecke debitum obsequium et devotum. Decimam in Dinkelberg, quam a Paderbornensi ecclesia tenuimus iure pheodali et quam a nobis dominus Conradus miles et fratres sui de Amelung(essen) pheodaliter tenuerunt, nobis eam libere resignarunt. Nos igitur praedictam decimam in Dinkelberg gratiae nostrae et ecclesiae Paderbornensi absolute et liberaliter resignamus ea videlicet interposita conditione, quod eandem decimam praetaxatam monasterium in Herswid(ehusen) in quietate possessione obtineat in aeternum. Et ut haec rata permaneant in posterum, super hac nostra resignatione nostras sigillatas literas indulgemus. Datum in castro nostro Waldecke anno dominicae incarnationis MCCXLIII, indictione prima.

VII, 58^v sq. Vergl. dazu B. u. B. IV, 273 f. Zur Datierung s. die folgende Nr. 47.